

Jacob Dürfeld

Monumentum Quod Aeternæ Memorïæ Serenissimi Principis Ac Domini, Domini Friderici Wilhelmi, Ducis Regentis Terræ Mecklenburgicæ ... cum is Relicta Præcedentis anni XXXI. Julii Per Beatam Mortem Hujus Vitæ Statione, die XIII. Martii, anni M DCC XIV ... Mausoleo Inferretur Demisso Affectu. Moestissimoque Animo Posuit Athenæum Gustroviense manum inter lacrimas commodante

Gustroviæ: Typis Joh. Lembkii, [1714]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1752349881>

Druck Freier  Zugang



4°

Jung Friedrich Wilhelm.
Tad mit Beibringung.

1713. 1714.

Mkl f I

1772-40

Mu. Cl. f. I
1772-40

8
0

MONUMENTUM
quod
AETERNÆ MEMORIÆ
SERENISSIMI PRINCIPIS Ac DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI
WILHELMI,
DUCIS REGENTIS TERRAE
MECKLENBURGICAE, PRINCIPIS
VETUSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI Ac
RACEBURGI, COMITIS SVERINENSIS,
Ac TERRARUM ROSTOCHII & STAR-
GARDIAE DYNASTAE,
PRINCIPIS Ac DOMINI NOSTRI LONGE
CLEMENTISSIMI

cum is
RELICTA PRÆCEDENTIS anni XXXI. JULII PER BEATAM MORTEM
HUIUS VITÆ STATIONE, die XIII. MARTII, anni M DCC XIV, MAGNIFICO,
ÆDIS MUNIFICENTIA AUGUSTI PRINCIPIS, SUMMO DEO CON-
SECRETÆ, MAUSOLEO INFERRETUR

DEMISSO AFFECTU. MOESTISSIMOque ANIMO

POSUIT

ATHENÆUM GUSTROVIENSE

manum

inter lacrimas commodante

M. JACOBO DÜRFFELDIO, Con-Rectoe.

GUSTROVLÆ, Typis JOH. LEMBKII, Typographi Aulici. d. XII. Martii.



MArtia lux nobis quæ gaudia mille parabas
Nuper, nunc luctum tristitiamque dabis?
Ecce PATER PATRIÆ Princeps
FRIDERICE WILHELME
Migras hinc, terras deseris atque tuas:
Nec tua nos posthac recreaverit amplius hora
Natalis, cœli te repetente domos.
Sic tenebræ luci, sic cedunt tristia lætis,
Sic pede faultricem fors inimica premit.
Sic spes nostra fugit, cedit thesaurus & ingens
Gloria Vandaliæ corruit atque jacet.
Lugemus merito, luget Megalepolis omnis,
Tanti mœsta sui Principis interitu.
Heu capiti nostro fulgens decussa tiara est:
Crimina, væ tantum commeruere malum.
Nostra Helice, lux certa poli, quo flectere clavum
Imperii quondam sunt soliti proceres,
Quando minax desævit hiems, fugit æquore nimbus,
Coelica regna petens, condita nube latet.
Te Duce præteriit Respublica prospera fyrtes,
Bellorum scopulos, quanta pericla, mala!

Pro-

M. JACOBO DORFELDIO, Con-Reges.
GUSTAVO, Typog. in Vindici. G. S. M. Marti.

Provide Ocelle ubi nunc? cui maxima cura salutis,
Tanta tuæ gentis tamque Paterna fuit?
Clausus es, atque gravi sunt condita lumina somno,
STELLA latet, Princeps morte sepultus obit.
Morte sepultus obit Princeps: non sic tamen omnis:
Cœlicolum inseritur mens renovata choro.
Ecce in agone fides coctum velut ignibus aurum
Substitit, & fidei palma parata manet:
Et benefactorum non ulla oblivia visa,
Funera post virtus ipsa superstes erit.
Effulget pietas, templi sacra tecta coruscant
Structa DEO cœli, scitaque sacra vigent.
Suspiciamus clari renovata palatia Pindi,
Atque animo memori concelebramus opus:
Prosequitur calidis votis, Mitissime Princeps,
Te miser atque tua sæpe levatus ope:
Arx tua perfrugium miseris, adaperita petenti
Janua, non ulli limina clausa bono:
Pacificæ mentis nota certa, inscriptio nummi:
Ex utroque unum, consolidata iterum
Magnopolis divulgata prius, duce Principe junctâ,
Pacifico PATRIÆ TE PATRE, tam placido.
Hæc tibi portendit felicia VANDALE fata,
Dux simul ut terras ingrederere tuas.
Læta etenim facies rerum tunc visa, salutem
Tempora læta canens, dixit alaunda Tuis.
Sub Te nostra salus, sub Te felicia nobis
Evenere, DEO sic moderante bono.


Publi-

Publica res viguit, coetus viruitque piorum,
Atque Helicon passim germina pulchra tulit:
Sub te regnavit pax aurea, quilibet atque
Fronde sub ærea tutus & æde fuit.
Quæ tibi jam Princeps, fidus monumenta parabit
Incola, quæ loculo florida ferta dabit?
Pyramis haud satis est face collustrata frequente,
Nec quæ Mausolo sunt data castra pia.
Musæ decantent devoto pectore laudes:
Æquum est: Hæc virtus, hæc tua facta merent.
Sed majora Deus sunt quæ Tibi munera servat;
Præmia perpetuæ regna salutis erunt.
Justitiæ fidei Tibi festa reposita corona est:
Aspectu mentem pasce & amore Dei.
Sis felix FRATRique Duci, populoque Tuisque
Poscere læta velis in statione tua.
Pace tua fas sit, nos hæc CAROLO LEOPOLDO,
Lampada cui tradis, fausta vovere Tuo,
Quæ Davidiadi Benajas ille precatus,
Tradidit ut fasces & sua regna Pater:
Sit Dominus tecum, cum FRATRE velut fuit olim,
Suppeditet vires, consiliumque regat,
Celsius & solium Tibi sit, productior ætas:
Vive diu felix, vive Deoque Tuis.



5

LBMV Schwerin 33



33\$001913344





Ocelle ubi nunc? cui maxima cura salutis,
anta tuæ gentis tamque Paterna fuit?
es, atque gravi sunt condita lumina somno,
CELLA latet, Princeps morte sepultus obit.
sepultus obit Princeps: non sic tamen omnis:
œlicolum inferitur mens renovata choro.
n agone fides coctum velut ignibus aurum
ubstitit, & fidei palma parata manet:
efactorum non ulla oblivia visa,
unera post virtus ipsa superstes erit.
s, templi sacra tecta coruscant
DEO cœli, scitaque sacra vigent.
ri renovata palatia Pindi,
imo memori concelebramus opus:
idis votis, Mitissime Princeps,
atque tua sæpe levatus ope:
ium miseris, adaperata petenti
on ulli limina clausa bono:
s nota certa, inscriptio nummi:
que unum, consolidata iterum
vulsa prius, duce Principe juncta,
PATRIÆ TE PATRE, tam placido.
endit felicia Vandale fata,
l ut terras ingrederere tuas.
acies rerum tunc visa, salutem
læta canens, dixit alauda Tuis.
salus, sub Te felicia nobis
DEO sic moderante bono.

Publi-

